

tum minute, donec uideantur sicut margaritæ in similitudine, hæc est dealbatio, detegens dubium societatis ad aquã nubium. In hoc ostendit tibi flores aureos, extremitatem omnis caloris, conuersi in similitudinem pauonis, quod introitu residui numerorum stellarum remanētium in corpore decoctum est, à qualibet stella singulariter. Hæc est perfectio coagulationis sine fallatia, & factus est Sol perfectus.

Pater eius ignis est, & in igne creuit, nec timet terminum ignis, sed fixus est, & non fugitiuus. Pingitur in corpore usq; ad cor, hoc est uilis filius, inter filios charior, præparatio eius est difficilis & occulta, Et homines in uanum ambierunt eam, & hoc est simile ei, Non possederunt, cum nusquam nouerint in æstimatione. Sed cum sit difficilis, delicabilis, facilis, modica, leuis, propinqua, intelligit ipsam ingeniosus, subtiliter arbitrando, quando fuerint clarificati animi ex libris relictis, quos occultauerunt Philosophi, propter præparationem, quæ est difficilium